

Forfatter: Brucaeus, Heinrich

Titel: BREV TIL: Brahe, Tyge FRA: Brucaeus, Heinrich (1586)

Citation: Brucaeus, Heinrich: "BREV TIL: Brahe, Tyge FRA: Brucaeus, Heinrich (1586)", i *Tychonis Brahe Dani opera omnia (7. bind)*, HAUNIÆ MCMXIX IN LIBRARIA GYLDENDALIANA, s. 100. Onlineudgave fra Danmarks Breve: <https://tekster.kb.dk/text/letters-001573955-X02-shoot-L001573955X020023.pdf> (tilgået 16. juli 2024)

Anvendt udgave: Tychonis Brahe Dani opera omnia (7. bind)

Ophavsret: Materialet er fri af ophavsret. Du kan kopiere, ændre, distribuere eller fremføre værket, også til kommercielle formål, uden at bede om tilladelse. Husk dog altid at kreditere ophavsmanden.

[Læs Public Domain-erklæringen](#)

[Ex apographo in codice Vindobonensi lat. 1068666]

HENRICUS BRUCÆUS AD TYCHONEM

BRAHE.

NOBILISSIME, chariſſYimeque D. TYCHO, si vivis et vales, gaudeo. Superioribus enim meniibus spargebatur fama mihi acerba, quam avertant Superi, te noſtri amantiſſYimum e vivis exceſſYiſYe. Cum tamen dubius eſſYem, emi tibi Gnomonicen CLAVIJ Bambergeniis, et MAGINI Tabulas novas et Ephemeridas ad Calendarij emendationem a GREGORIO XIII Pontifice Maximo intitutam, compofitas. Aeftimat autem Bambergensis Gnomonicen loachimicis 7, Ephemeridas vero, in quibus in motuum fuppuratione errores a STADIO commiſſYos adiunxit, unā cum T ab ulis aeftimat loachimicis XI vel XII, ut tota summa loachimicorum fit 18. Emi autem hac conditione, ut si tibi forte non placerent, aut forte eofdem iam eſſYes naetus, Bibliopola ad fe recipiat. Quid igitur hac in parte fieri velis, quam primum fignifices cupio. Ego, quod mare eſſYet claufum, citius procurare non potui. Nam ad Paschatis festum aut libri fuit reliituendi aut pecunia numeranda. Iam enim libros ineunte hyeme apud me depofuit. Tu ut valeas et quid agas, fac intelligam, an aliquid sub prælo fit, et quid premas. Tuos Cometas expeeto, poli tot aliorum labores aliquid præftanti tuo ingenio dignum, quod miretur posteritas. Calendarij enim editioni cum indicis mutationum aëris non credo, quod aliquem ex tuis ridendum populo velis cum alijs præbere. || Quod enim CATO de Aruspicioſibus, id ego de hifce prædictionibus cogitare foleo. Mirari fe aiebat, si cum ſibi mutuo occurrunt, non rideant. Nunc venio ad poſtremas tuas literas, in quibus (quantum memini) tu decoetiones, infuſiones, et nefcio quæ alia in Galenicis rides, nec quicquam videris probare, niſi quod fummo labore extraetum ex metallis aut quintas eſſYentias aut tineturas aut spiritus fapiat. Patere nos obvijs uti paratunque facilibus; feras etiam in amico non moleſte, piures ab eo reſtitui decoetis, infuſis, et fola ptifana, quam maxima eorum turba, qui fe folos fapere arbitrantur, quintis eſſYentijs, tineturis, ſpiritibus, alijſque occultis, ut ipſi iudicant, naturis, quæ tamen omnes a primis qualitatibus dependent. Decoetione certe facultates rerum coetibilium in liquorem tranſferri, nullus negaverit. At ex auro et lapidibus preciosis, corallis nihil decoetione deciditur? Fateor id; nos haec ijs relinquimus, quibus licet ex unico vitrioli ſpiritu multas tineturas parare, addito colore alterius rei mixtione. Scis quem notem. Neque haec a me referuntur, ut si quid a posteris bene ad humani generis falutem fit inventum, id dampnem; abſit, immo laudem magis et fequar alijſque communicem. Infanientis enim hominis fuerit, s. 101ac animi plane maligni, calumniari, quæ bene fuit dieta, et aliorum inventa deprimere. Quid igitur, inquires, in hoc genere Chymico non laboras, et hoc quicquid eft cognitioni humorali elementari primarum qualitatum, alijſque verboſis GALENI nugis non adiungis? Sic enim ex fulphure, fale et hydrargyro compofitum genus hominum eruetare folet. Dicam quod verum eft; magiftris deſtituor, mutos non intelligo. Tu itaque, qui iam aliquot annis in hoc genere laboras et fedulo verfatus es, si quid habes, quod in graviſſYimis morbis Apoplexia, Epileptia, Paralyſi contraetis Melancholia, divina manu fuccurrat, communica, et componendi rationem utendique modum et mensuram demonſtra. Memini de te audiviſſYe, Epilepticos non paucos a te curatos, verum an id per ſpiritum vitrioli facias ignoro. Si ſic, aperi quæſo quomodo pares, quæ admifceas, quomodo exhibeas, quoties || et quo tempore. Age noli invidere amico, quæ habes, qui tui femper fuit et erit ftudioſiſſYimus amantiſſYimusque. ſYene vale integrerrimeque amantiſſYimeque mi TYCHO, et me, quod facis, mutuo ama. Roftochij XV Martij An. Domini 1586.